



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Symma Practica Theologiae Mysticae**

**Gelen, Victor**

**Coloniae Agrippinae, 1652**

Articulus Septimus. In summo infimi eleuatur ad regionem proprij spiritus  
intuendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9766**

& optimi exprimat, degustet, digerat, foueat, renouetque in his porrò quam intimis operationibus viri nouus ascensus crescat, ex sequentibus constabit;

*In summo infini eleuatur ad regionem proprii spiritus intuendam.*

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

**S**Vftollam te super a altitudines terræ, ac diceret, ô pia anima, postquam diuinæ naturæ consortium nouas radices fixerit, & quotidiana perseverantique experientia didiceris, te in nouum hominem vitali bene-affidentia excresuisse, eamque ad spiritus regionem supra te condondere, tum relictæ inferiore regione, in qua sub collecto quidem, sed illimitato, & libero fundo, circumvolutiones, & operations perage, cōsueueras, eleuare secure super altitudines terræ, & tanquā in lummo infiniti constituta, ad spiritus amplitudines

pro virili te extende, ac inferiorem hominem ut fieri poterit, simul allegia, & simul quodammodo ad subtiliores extensiones erige: secundum illa quæ in media b regione contingunt, te ipsum exercendo.

Interea verò quidquid pulchri, subtile, & supra extensum inueniris, iuxta illam variationem, quæ indies aliter, atque aliter se habet; totum hoc pro præambulo, & proxima dispositio ne ad purè operandum, accipiendum est; dein pro exercitio actus, spiritus intelligentia ad Deum qui tam hæc, quam omnia alia longè excedit, dirigenda est. sic enim ilicet species, seu similitudo ad fruitionem instituendam, renouandam & fouendam elicetur, depuratur, ac super splendentibus diuinis communib[us] irradiata, benignè clarescit: pro ut amplius ex sequentibus constabit.

(\*\*\*)

a Isa: 2. b Paraph. 14.

Kk 2

ET